

36.

Viro amplissimo et celeberrimo
 D. PETRO BVRMATORO
 academiae Leydaneae professori me-
 ritissimo, grauissimo
 S. P. D.
 Ioh. Frid. Christius.

Vix aliquid mihi potuit contingere gratius, quam
 ut e litteris tuis intellegarem, non dissplicere tibi, quod
 tastatum facere volueram, studium in te meum. in quo
 nos persistere patieris, eiusque rei argumenta indies
 quantulacunque, at aliqua, edere: tanto quidem ma-
 gis, quanto, cum scripta tua voluimus, impensisus subin-
 de placet ingenii tui magnitudo, et doctrinae constantia.
 Est inter has, quibus merito assurgimus, dotes tuas, quod
 cum paucis hoc tempore sustines poeseas latinaræ maiesta-
 tem. in memoriam eius rei revocauit nuperrime cultis-
 sima ad Boerhauium elegia, quam studiose legimus. Indi-
 dimus huic litterarum fasciculo noua quaedam e scriptis
 nostris. eas si tibi probari intellexero, habebo, quare mihi
 placeam. Colam te interdum epistolis: viciissim tu
 diligere modo hunc hominem ne nolis: de rescribendo,
 quandoquidem occupatus nimium es, minus, oro, laborabis:
 sufficit, vel sic tibi placuisse: nec est, quod praeter fau-
 rem paciscar. Hunc mihi commodabis, vir amplissime,
 et quam optime valebis. Halaë Saxonum d. XXI. Apr.
 a nato Christo Cccc xxxviii.